



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Flores Meditationvm

Bebius, Philippus


Coloniae Agripp., 1623

Medit. 24. De Paralytico domi sanato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59636](#)

oppugnantur; sed non debent animum despōdere, quia Christus est cum illis, atq; ideo debent resurgere ad ipsum, vt fecerunt discipuli & tanta instantia illum implorare, donec misericordiam ab eo impetrarint.

9. Est quoque per hanc nauiculam significa-
ta quāvis anima fidelis, in quam versantem in
tempestuoso huius corporis corruptibilis ma-
xi, & tot perturbationibus & tentationibus
subiectam, tunc ingreditur Christus vñā cum
suis discipulis, quando eam inhabitat per suā
gratiam, virtutes & dona Spiritus sancti. Sed
aliquando Dominus dormit, permittens ad
maiorem eius profectum, vt varijs tentatio-
num ventis, & passionum propriarum tempe-
statibus agitetur, sed gemitibus, & flebilibus
vocib. animæ excitatus, mox succurrit in affli-
ctione, depulsioneque temptationum solatur,
vel certè vires addit, & patientiam, vt yberio-
re fructu eas tolerare possit.



MEDITATIO XXIV. DE PARALYTICO IN- TRA DOMVM SANATO.

PVNCTA MEDITATIONIS.

*Matt. 9. I. Cum IESV docente, tanta multitudo
Luc. 5. conuenisset, vt nemo domum intrare
posset, quidam ascendentes in tectum,
remotis tegulis dimiserunt per funes
paralyticum ante illum.*

*II. Qui videns fidem eorum dixit para-
lytico:*

lytico: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Phariseis autem cogitātibus eum blasphemare, dixit: quid cogitat is mala in cordibus vestris? deinde ait paralytico: Surge, tolle lectū tuum & vade in domum tuam: quod ille fecit.

III. Videntes autem stupefacti magnificabant Deum qui dedit potestatem talem hominibus.

PROPHETIÆ.

1. **T**u solus nosti corda filiorum hominū. 2. Par. 6
2. Saltet sicut cernuus claudus. Esa. 35.

DOCUMENTA.

1. **P**aralyticus à quatuor hominibus est deportatus, & ante Christum depositus. Quatuor sunt, quæ peccatorem deducant ad Christum, hoc est, reconciliant Christo. Primum est, consideratio breuitatis vita. Alterum, timor poenæ infernalis. Tertium, contemplatio fœditatis & grauitatis peccati. Quartum, spes venia, quam expectat à Domino.

2. Christus, post oblatum sibi paralyticum non rogatus à quoquam, primo ei remisit peccata; ut nobis daret exemplum, condonandi iniurias à proximis nobis illatas, etiam antequam rogenur.

3. Cum Christus dixisset paralytico remissa esse peccata, cœperunt Scribae murmurare con-

D 5 tra

tra illum tanquam blasphemiae reum : sed vt
viderunt eum redditum integræ sanitati cœ-
perunt glorificare Deum , & Christum pluris
facere. Sic serui Dei non alijs armis tueri se
debent aduersus maledicos & detractores,
quām bonorum operum exemplis, quibus con-
spectis , non solum eorum ora obmutescet,
sed detractionum vice incipient Deum glori-
ficare & seruos eius collaudare.

4. Christus arguens scribas , dixit , vt quid
cogitatis mala in cordibus vestris: ea re nos
docens, quoties menti obrepit prava aliqua
cogitatio , debere eam reprehensione nostri
ipſorum mox repellit, vt dieamus cum ipso. Vt
quid cogitas malum illud in corde tuo ?

5. Dominus sanaturus paralyticum, initium
fecit ab infirmitate spirituali , condonando
peccata . quia causa est & radix infirmitatis
corporalis, vt doceret nos, quemadmodum in
afflictionibus & calamitatibus nō solum nos-
ipsos , sed etiam proximos iuuare debeamus:
nempe efficiendo , vt primū deserant pecca-
ta, & in gratiam Dei redeant , eo quod propter
illa sape Deus immittat aduersitates , nec fi-
nem faciat affligendi nos , nisi nos emendaue-
rimus.

6. Hic Paralyticus membrorum vſu destitu-
tus significat hominem peccatorem, qui quo-
niam omnibus bonis & meritorijs operibus
caret, pestifero & mortali otio in lecto conta-
bescit. Primo enim deficiunt eum vires ad am-
bulandum , hoc est, ad bonis operibus aliquid
promerendum. Secundo deficit tactus bona-
rum actionum. Tertio gustus dulcedinis &
voluptatis cœlestium consolationum. Quartο
oculi ad contemplandum res diuinias. Quin-
to , auditus verbi Dei. Et postremo , suavis o-
dor

dor sanctorum & diuinarum inspitationum.
7. Exenplo caritatis deportantium paralyticum docemur nos quoque, quo studio inferuire debeamus proximorum infirmitati, & penuriæ, quibusque modis adiuuare, nempe operibus non solum, sed etiam fide & oratione apud Dominum.

8. Paralyticus ad mandatum Christi surrexit è lecto. Anima peccatoris tunc spiritualiter exurgit è lecto suo, quando timore pœnæ, vel spe præmij, vi sibi illata, omnibus mundi illecebribus & carnalibus voluptatibus, quibus ægra decumbebat, renunciat. Tunc accipit lectum suum & portat, quando peccata, quibus prius oblectabatur, & in quibus acquiecebat, incipiunt ei fieri grauia & molesta. Tunc vero ambulans redit in domum suam, quando bonorum operum exercitio incipit ambulare versus Deum, à quo per peccatum longius recesserat.



MEDITATIO XXV. DE HAEMORRHOISSA SANATA.

PVNCTA MEDITATIONIS.

I. Christo cum multis profuiscente ad filiam Iairi, mulier à duodecim annis, Matt. 9.
fluxum sanguinis patiens, tet igit cum Marc. 5.
fiducia fimbriam vestis, & sanata Luc. 8.
est.

II. Christo autem petente: quis metet?
D 6

dvt
l ca-
uris
ri se
ores,
con-
tent,
lori-

quid
e nos
iqua
ostri
o. Vt

tium
ando
tatis
m in
nos-
inus:
recca-
opter
ec fi-
laue-

titu-
quo-
ribus
onta-
d am-
quid
ona-
is &
uartò
Quin-
uis o-
dor